

Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quod Marcus cognitionem Christi Aegyptijs primus praedicauerit. Cap. XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

quam sermone & verbo illis tradidisset, etiam scriptis mandatum apud eos relinqueret. Nec prius hominem ab se dimittunt, quam ipsorum postulatis obsecutus, opus absoluisset. Hanc igitur euangelij scribendi secundum Marcum causam fuisse memorant. Cum ergo Petrus Apostolus diuina spiritus sancti reuelatione suggerente, intelligeret illud opus editum esse, ferunteum propenso & acri illorum hominum studio magnopere fuisse delectatum, hancque scripturam authoritate sua ratam fecisse, quod in ecclesijs passim perlegeretur. Clemens in sexto item libro *γνωστού τόπου*, (cui etiam testis accedit Papias Hieropolitanus episcopus) eandem tradit historiam. Constat porro Petrum huius Marci mentionem facere in priore epistola, quam Romæ texuisse dicitur: quam quidem epistolam ibi perscriptam ostendit, dum ciuitatem illam verbi translatione Babylonem appellat, hoc modo, Salutat vos ecclesia nostræ electionis consors, quæ est Babiloni, & Marcus filius meus.

5. cap.

*Quod Marcus cognitionem Christi Aegyptijs primus
predicauerit. CAP. XV.*

AIunt præterea hunc Marcum primum in Aegyptum traiecerisse, & euangelium, quod ipse conscriperat, illic prædicasse, primumque ecclesiarum Alexandriæ institutarum authorem extitisse. Atq; tanta hominū & mulierū fidē Christi amplexantiū ex prima aggraffione & conatu, per graue in primis sanctum & seuerum eius viuendi exemplum ibi cogebatur multitudo, ut Philo ipse eorum studia, exercitationes, mores, frequentes congressus, communem inter ipsos victus rationem, omnem denique viuendi institutionem, suis scriptis persequi operæ pretium existimaret. Quæ Romæ sub Claudijs dominatu, fama est in colloquiū Petri, qui Romanis eodē tempore verbū Dei prædicabat, venisse. Atq; illud quidem est plane verisimile: quippe opus, quod deinceps post aliquod temporis spatium ab eo dicitur elaboratū, ecclesiæ reuera canones ad nostram usque memoriam obseruatos complectitur.

Ques